

SESSIONAL PAPER No. 29b

indignation & displeasure, & the punishment due to transgressors of so important a character.

EXTRACT FROM THE ENGLISH AMBASSADOR'S INSTRUCTIONS.

Signed Charles R.

June 12, 1631.
Page 122.

The authority which we give you is to surrender Quebec & to cause our Subjects to withdraw from port Royal & to this end we send you divers & valid Instruments under our sign & Seal which we will you shall deliver to the Most christian King, or to those of his Council whom he shall appoint; and both in respect of the foregoing, as well as of all other matters which we have entrusted to you, we send you an ample Commission under our Great Seal in the form customary in such cases. Given under our Signet at Greenwich this 12th of June [in] the 7th year of our Reign.

ORDER FOR RESTITUTION OF QUEBEC.

June 29, 1631.
Page 123.

Carolus Dei gratia Magnae Britanniae Franciae et Hiberniae Rex fidei defensor etc. Omnibus hasce visuris Salutem. Quandoquidem omnino iustum aequum et necessarium iudicamus, ut iam tandem pax et concordia nuper inter Nos et Regem Christianissimum, fratrem nostrum charissimum conclusa, pristinum vigorem et effectum recuperant, atq. ad eò omnes differentiae et difficultates quae hactenus hinc inde interciderunt inter nostra Regna et Subditos mutuò redintegrent et perfecta reconciliatione utrinq. removeantur et abolescant: Inquem finem Nos inter alias conditiones ex nostra parte proestandas consensimus restitutionem facere fortalitij seu Castrì et habitationis in Kebec in Canada, quae die decimo nono Julij anno millesimo Sexcentesimo vicesimo nono, nempè post pacem iam antè mense Aprile praecedente publicatam, et quidem vigore Diplomatis seu Commissionis sub magno Angliae Sigillo, bella adhuc flagrante concessæ, capta et occupata fuerunt. Nos promissorum atq. verbi nostri regij fidem quibuscumq. refractariis rationibus et objectionibus has super re illatis aut inferendis anteferentes, hisce litteris asserimus et in verbo Regio promittimus Nos precepturos curaturos et effecturos, ut à nostris indicto fortalito sive Castro et habitatione Kebec subsistentibus Subditis sive ceu milites praesidiarij, sive ceu coloni et Incolae ibidem morentur aut habitent, quamprimum Nostrae Jussionis litterae à Deputatis vel Commissariis qui easdem à praefato nostro fratre charissimo Rege Christianissimo eo amandandi habebunt offerendas, ipsis erunt exhibitae et perlectae atq. redeundi facultas data dictum Castrum ceu fortalitum et habitatio in Kebec, et quidem in eodem statu quo extiterunt cum eadem fuerunt capta et occupata, atq. cum omnibus tum temporis ibidem inventis armis tormentis mercibus et utensilibus sine ulla exceptione et sine ulla demolitione aut destructione monumentorum et aedificiorum dicto occupationis tempore ibi existentium. Insuper etiam si quid inde fuerit ablatum aut avectum, idem, sive in specie sive valore, deniq. omnia et quaecumq. quae ibidem inventa fuisse docebit schedulae ex testibus Sacramento obstrictis excepta et mutuo eorum consensu collecta penes quos utrinq. dicto loco et tempore Kebece occupatae